1511. medijs Januarij.

6

# Sigism: 1. Rex Poloniae Lucae Eppo Varmiensi:

Scripsimus Pti Vrae ut facta prius isthic exploratione intentionis Cruciferorum, ad Comitia Rni veniret; sed venientes huc consultavimus cum Consiliarijs Nostris, ut Mgr ex arbitrio Nro et nobis obsequentior eligeretur, diversis diversa sentientibus et consulentibus, hoc quoque consultum et necessarium visum est, ut Pttas Vra, quae suâ isthic praesentiâ multum proficere potest, isthic nunc non discedat. Decretumque est, ut Mgcus Joannes Zaremba de Malinowa Castellanus Posnaniensis celeriter cum Instructione et credentijs ad Ordinem adaptatis, vadat ad Vram Paternitatem. Itaque eadem Pttas Vra simul cum eo agat, quod ad iustitiam Regni videbitur, aut eo veluti Instrumento aliquô, ut videbitur, utatur. Postulamus á Paternitate Vra ut non parcendo impensae, quam ei resarciemus, non praetermittat Nos de omnibus, quae in illa pte aguntur, et quae é re nostra et Regni Nri videbuntur, reddere certiores eâ celeritate, quae major fieri potest, ut Nos nihil negligamus. Scribimus Summo Pontifici et Protectori Nro quae videntur ad rem pertinere, ut eis sua Sanctitas per Lras mandet talem Electionem, quae sit pacem allatura. Et similiter Srmô Dnô Regi Hungariae, ut Ejus Serenitas suadeat illis etiam comminatione, talem Electionem facere, qualis posset eis promittere statum tranquillum. Sed quoniam ea, quae per hos Principes futura sunt, moram habitura sunt, danda opera sunt, ut si quid

cum

cum commodo nro priusquam Responsa veniant, fieri potest, fiat. Etiam Vra Pttas ab hoc Conventu sit absoluta, sed ea tamen isthic agat, quae ex re et dignitate Nra et regni Nri fore putaverit. Et de adventu Oratoris Nri, si videbitur Cruciferis significet. Datum Petriovic, post Fm Sanctorum Trium Regum, Anno Dni 1511.